

preter dei officium. De peculiari vero sacerdotum nihil sibi usurpent, sed de^a duabus partibus faciant presbyteri, quod sibi placuerit^e, tertiam secundum iussa canonum^f, quibus serviunt, relinquunt ecclesiis.

(29) Item sancitum est in capitulari, ne de seminibus^{a.1} ecclesie neque de decimis neque de oblationibus, non de || domibus vel atriis iuxta ecclesiam positis aliquod servitium fol. 49 b. faciant preter ecclesiasticum. Si aliquid vero amplius habuerint, inde faciant servitium senioribus suis.

(30) Ut nulli de servili conditione ad sacros ordines^a promoveantur, nisi prius a dominis propriis legitimam libertatem consecuti fuerint^b. Cuius libertatis carta ante ordinandum^c in^a auditu populi^{d.2} legatur, et si nullus contradixerit, rite consecrabitur. Porro si postea de gradu deciderint^e, eius sint^f conditionis, cuius fuerant^g ante gradum.

(31) Ut presbyteri non vadant nisi stola vel orario induti. Et si in itinere presbyteri spoliantur vel vulnerantur aut occiduntur sine stola^a, simplici emendatione solvatur^b. Si^c cum stola, tripliciter.

(32) Ut laicis indumentis^a clerici non utantur, id est mantili vel cotto sive^{b.3} sine cappa, nec pretiosis et ineptis caltiamentis et aliis vanitatum novitatibus^c, sed^d decenti habitu induti incedant.

(33) Ut mundam aquam in vasculo habeant missas agentes et vino permisceant.

(34) Ut oblatas offerant certo numero, id est infra denarium aut vii aut v aut iii vel unam.

(35) Si plures heredes contenderint de communi ecclesia, auferri iubeat episcopus reliquias sacras et ec||clesiam claudi, fol. 50 a. donec communi consensu statuunt ibi presbyterum et unde vivant^{a.4}.

1) *manso scr.* 2) *ambone publice scr.?* 3) *sive ins. C², del.*
4) *vivat scr.*

28 (Reg. 2, 39; App. 1, 42). — d) de (cf. Reg. l. c.) — *ex App.*
e) sibi placuerit (cf. App. l. c.) — *eis visum fuerit R.* f) iussa canonum — *canonum iussa R. App.* 29 (Reg. App. 1, 43). — a) seminibus — *manso.* 30 (Reg. 1, 419; App. 1, 44). — a) ordines (cf. Reg. l. c.) — *gradus App.* b) consecuti fuerint (cf. App. l. c.) — *consequantur R.* c) ordinandum (cf. App. l. c.) — *ordinationem R.* d) auditu populi — *ambone publice R. App.* e) deciderint (cf. App. l. c.) — *deciderit R.* f) sint (cf. App. l. c.) — *sit R.* g) fuerant (cf. App. l. c.) — *fuerat R.* 31 (Reg. 1, 343). — a) sine stola — *non stola vestiti.* b) solvatur — *sua solvantur.* c) *autem ins.* 32 (Reg. 1, 345). — a) laicis indumentis — *laicalibus vestimentis.* b) mantili vel cotto [sive] — *mantellum vel cottum.* c) *vanitatum novitatibus — novitatum vanitatibus.* d) *religioso et ins.* 35 (Reg. 1, 246). — a) *vivant — vivat.*